

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

De Accidentibus litterarum

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

inuenerunt figuras: quibus necessario aspiratio comprehendendi detineriq; debeat: & sic. o. litteram in se dulci so-
no aspirationem gerentem concaperunt: quam pro. th. q̄ pulcherrime ponunt: nec non &. φ. quā similiter
pro. ph. &. χ. quā pro. ch. iidem a troiano bello citra scribere cōsueuerunt. nanq; illas Palamedem cōperisse
Seruius attestatur. Mox alios ac prācipuū Simonidē teste Cornelio Tacito ceteras cōperisse. Verū ex his tri-
bus sic cōpertis latini nostri nullā penitus suscipere: sed seruata antiqua scriptura ipsum. t. uel. c. uel. p. cum
aspirationis nota more antiquo scribere uoluerunt. Sed quærit Parthenius grammaticus: idemq; post illū
Priscianus: quare non ideo a græcis. rh. aspiratū in aliam formam figurāq; trāslatū fuit: cū eodem modo as-
pirationē suscipiat. Ad quod respondentēs dicunt: quia nec sic aspiratio ipsi. r. cohæret sicut & præfatis mu-
tis: nec si ab hac littera tollat̄ significatiōē minuit: nam quāuis subtrahā aspiratione dicat̄ retor uel Pyrrus
non minus intellectus manet integer: non aut̄ sic in aliis. Nam si Chremes cū aspiratione proferes nomē pro-
priū designabis: a quo si aspirationē subtraxeris significatū mutabis: quia tunc quoq; a uerbo cremo decli-
natum cū significatiōe eius uerbi esse uidebit̄: ut id idem in mille aliis contingit. Rursum græci alii & ut fert
Simonides ad linguā suā scripturāq; ornamentū. ψ. litterā sine aspiratione adinuenit: quā quodammodo
molliorē q̄. ps. uolubilioremq; sonum habet: ut diligentissimi cōspexere grāmatici: pro qua Claudius Cæ-
sar apud nos antistigma hac figura describi uoluit. χ. ita ut pro. ps. aliam simplicem figurā ut græci habent
& nos haberemus. Sed ut in sequentibus ostendemus nulli ausi sunt antiquā scripturā post Claudii imperi-
um cōmutare. Post has uero omnes. ζ. &. ξ. græci ipsi cōparerunt: quæ sane ad decorē & ornatū propria lin-
guā plurimū contulisse uident̄: At uero latini nostri præter sexdecim antiquas litteras: quibus primitus ute-
bant̄. f. aliam ex æolico quodā digamma ut infra clare enarrabimus assumpserunt. Post quā &. q. litterā inue-
nere: quæ tametsi præcise eiusdē cū. c. potestatis esse dicat̄: eā tamē nostri auctores in illis dictionib; optasse
uisi sunt: in quibus pinguior quodammodo sonus exigi uidebatur: q̄; per. c. litteram præstari potuerit. Post
has uero nonnulli ex nostris. k. in eadē forma qua est apud græcos supuactiā recaperunt. Qua sane Quintilia-
nus in nulla scriptura nostra utendū existimat: nisi ut ait: quæ significat etiā ut sola ponat̄. nam in quibusdā
uetusissimis inscriptionibus sæpe ego cōspexi. k. DECEMB. pro calendis decembris. Idemq; in Liuiio uetu-
tissimā scripturā frequenter annotaui. Nec illis ullo pacto assentiendū puto: qui sequente. a. cōtendūt sem-
per. k. scribendā esse in karthago kaput: cū teste Quintiliano sic. c. littera quæ ad omnes uocales uim suam
cōmode præferat. p̄ter has quoq; cū græci. ξ. litterā ultimo adinuenierint p̄ nostrā dictionū magna cōmo-
ditate illā sub hac forma. x. a nostris recipi debere uisum est. hoc solum ab illis in uoce discrepantibus: q̄ ubi
illi eam proferentes in. i. uocalem desinūt: & dicūt. xi. nos ecōtrario dicimus. ix. Ultimo uero. y. &. z. assump-
simus: ut & nobis quoq; in græcis nominibus trāscribēdis deseruirent. Nā ut ait Quintilianus a græco ser-
mone magna ex parte romanus cōuersus est: & confessis quoq; græcis uerbis utimur ubi nostra defunt. Si-
cut illi nōnunq; a nobis mutuant̄. Sunt igit̄ figuræ litterarū quibus nos utimur uiginti duæ: de quibus om-
nibus singulatim dicemus. Nam. h. littera non est: sed aspirationis nota: ut in sequentibus ostendemus.

De Accidentibus litterarum.

Ed quærent nonnulli quotidie cur nos simplici uoce uocales nostras: & græci plurib; syllabis quas-
dam uocare uoluerunt: cū littera pars sit minima uocis cōposita: nā quā nos simplici uoce. a. dici-
mus: illi pluribus syllabis alpha nomināt. Item quā nos. i. simplici sono: illi iota duabus syllabis uo-
cauere. Consonantes etiā fere omnes duabus syllabis illi efferunt: ut beta: gamma: delta: quas nos in eadem
quæstione manentes una syllaba nominamus: & quasdā quidē in. e. uocalē terminātes: ut. bc. ce. de. & simi-
les: quasdā uero ab. e. incipiētes: ut. el. em. en. quā sane quæstionē facile dissoluere possumus: si accidētia lit-
terā distinguam; quæ tria sunt. f. nomē figura & potestas. Nomen ut apud græcos alpha beta gamma delta.
Apud latinos uero. a. be. ce. de. ita ut apud illos plerāq; uocales pluribus syllabis nominent̄: apud nos uero
uocales omnes per se prolate nomen suū ostendūt. Figura uero ea est forma quā in singulis litteris græcis. f.
& latinis cōspicimus: quæ apud antiquos illoq; & nostros ut supra ostendimus pene eadē fuit. Potestas aut̄
pronuntiatio est illarū quā in litterario sermone nos & illi eodē modo utimur. Nomē igit̄ ad placitū institu-
entis rationē impositū fuit: quod nō solū unica aut duabus syllabis: sed tribus pluribus ue si placuisset con-
stitui poterat. Sed auctoribus latinis teste Prisciano in. viii. in his ut multis aliis breuitas & cōcisio nominis ma-
gis placuit. Nec id sane nomē litteræ potestātē ullaten; impedire ualet: quæ in pronūtiatione litteratæ uocis
ostendit̄: quia tunc quoq; nō litteræ nomine: sed potestate utimur: quæ indiuisibili quodam ipsi litteræ pro-
prio consistit. Nam si balneum dicimus: aut martium laborem efferimus: non tūc. b. in. e. terminatur: nec. l.
aut. m. ab ipso. e. incipit: quia non nomine: sed potestate eius litteræ utimur: ut quæadmodum in cōpacto ex
elementis corpore dicimus elementū ut quid indiuisibile inesse: hoc est quod non ut corpus in aliud elemē-
tum diuidi potest: & tamen in partes quasdā diuidi ualet: & cōposito nomine efferit̄: sic & in litterali uoce lit-
tera ipsa sua ui & potestate indiuisibilis: hoc est non in aliā litterā resolutibilis proferit̄: quæ tamen in se cōposi-
to nomine cognominari cōmode potuit: Vnde & ad elementorū mūdi similitudinē uocabulo etiā elementi
nonnulli litteras uocauerunt. Et sicut illa simplicia sunt & coeuntia corpus omne perficiūt: sic etiā hæ cōiunctæ
litteralem uocem quasi corpus aliquod cōponunt: sed diuersa eloquendi ratione apud græcos & nostros

Nam cum apud eos teste Quintiliano libro. xii. de institutione oratoria: nullae litterae dulcius spiraret q̄. y. & z. altera uocalis: altera consonans: quas ut diximus mutuari solemus: quoties illorum nominibus utimur. nescio ut idem inquit auctor quomodo hilarior in earum scriptura. praeuolens renidet oratio: ut in zephyris: zophyrifque quae si nostris litteris scribantur: hoc est his quae loco ipsius. z. apponere consueuerant: & cum ipso. i. nostro surdum quiddam & barbarum efficiunt sonum. Sed uelut in loca earum succedunt apud nos aliae tristes & horridae quibus gratia caret: ut. f. quoque: quae est sexta nostrarum pene uo humana uoce: uel omnino non uoce potius inter discrimina dentium eodem teste efflatur: quae etiam cum non uocalis proximam accipit: quassa quodammodo: utique quoties aliquam consonantiam frangit: ut in hoc ipso fragit multo sit horridior. Alia est aolica littera p̄ q̄ primam ipse f. accipiam. Deinde ut late uidebimus ad aliam potestatem. f. redacta. u. consonante illi loco surrogauimus: & nouam illius postea formam a Claudio copertam: etiam si repudiuimus ut infra late uidebimus: uis tamen nos ipsa persequitur: & ineptum quid respectu soni quod apud illos ex digamma resultabat: efflare uidetur ut seruus certius & similia. Alia quae est. q. duras & illa eodem testante syllabas facit: quae ad coniungendas demum subiectas sibi uocales est utilis: alias supuacua: ut equos quare quonia: cum etiam ipsa haec uocales duae efficiat sonum: qualis apud graecos nullus est. Ideoque scribi eorum litteris non potest. Et nos primam illam uim uocalis amittere in sequentibus ostendemus. Quid quod pleraque eodem referente auctore nos. m. quasi mugiente littera cludimus: qua nullum graece uerbum cadit. At illi. n. iucundam & in fine praecipue quasi tinnientem illius loco ponunt: quae est apud nos rarissima in clausulis. Quid quod syllabam nostram. b. litteram & d. innitunt: adeo asperae ut plerique non antiquissimi morum quidem: sed tamen ueterum mollire tentauerunt: non solum auersa pro abuersa dicendo: sed in praepositione. b. littera absonam & ipsam. f. subiiciendo: de quibus omnibus in sequentibus latissime disputabimus: & incipientes ab. a. uim ac potestatem cuiusque: mutationesque & alias per ordinem subnectemus.

DE Vi ac potestate. a. litterae: & commutatione in alias uocales.

Gitur apud antiquos nostros & graecos eiusdem prorsus figurae fuit: & potestatis semper remansit. Estque tam apud illos: quam apud nostros anceps quidem & liquida: hoc est quae facile modo produci: modo corripitur potest. Sed cum. e. graecis in scripturam nostram transferimus illam fere semper sua figura & nomine ac potestate conseruamus. Nonnunquam uero commutamur. i. o. ut ἀράρον marmor κάρυλος coril. Aliquando in. i. ut κάναστρον canistrum. nonnunquam in. a. diphthongum ut ἀσκλήπιος Aesculapius. In quo sequimur aoles. Illi quidem νύμφαισ pro νύμφας: φαίσι pro φαίσι scribebant. Saepem etiam auctoribus Papyriano. Proboque & Prisciano mutatur. a. per deriuationes in uocales alias: ut in. e. modo producta: modo correpta. Producta quidem: ut halit hanelit: facio feci: ago agi: iacio iaci: frago frangi: capio capi: quod cum. a. diphthongo scribitur. Corrupta uero: ut tango tetigi: cado cecidi: parco peperci: fallo fefelli. Similiter per compositionem. a. producta in. e. producta conuertitur: ut armatus inermis: arceo coherceo. In. i. modo consimili ut amicus inimicus. Unde etiam pleraque nomina quae cum uerbis siue participiis componuntur: mutant a. extremam syllabam nominatiui in. i. correptam: ut arma armipotens: stella stelliger: causa causidicus: tuba tubicen: tibia tibicen: cum duabus. ii. breuibus: sed apud plerisque per synaeresim in unam. i. longam commutantur: & dicitur tibicen: quod in alia huiusmodi compositione non reperitur.

DE B Littera.

Quoque littera muta est: hoc est quae non in sonum suum: sed in sonum. e. litterae terminat: hanc graeci beta nominant: Geritque uirtute & potestate media inter. p. & ph. Unde nec penitus caret aspiratione: nec plene eam possidet. Quare nos ob litterarum affinitatem dictiones graecas traducentes: nonnunquam. p. & ph. in illam conuertimus: Ut cum apud nos πύξος: scilicet cum. p. in prima scribat: apud nos buxus cum. b. scribitur. Similiter εψυπτος: cum littera. ψ. pro qua nos. ps. ponere consueuimus: ab auctoribus nostris absyrtus cum. b. traducitur. Item quod illi cum littera aspirata αμφο: nos cum. b. hoc est ambo transcribimus. At e contrario similiter quod illi cum. b. scribunt: nos saepe cum. ph. aspirato traducimus: ut επιαμβος triumphus: de quo in propria dictione uidebimus. Quandoque uero & p. exile pro. ph. aspirato traducimus: ut quod ab illis φοίνικεος cum principali aspirata scribitur: a nobis puniceus cum exili. p. transfertur. Itē πορφυρεον purpureus. Quin & contra ubi illi. p. exile ponunt: nos sepius aspiratum traducimus: ut quod illi διπύλη nos deiphyle: quod illi λαφθαει nos laphitha: quod illi υψιπύλη nos hypsiphyle cum. ph. aspirato scribere consueuimus. Sed haec & similia etiam nonnulli ex nostris cum. p. absque aspiratione scribunt: quod indifferenter in illis posse fieri compertum est. Itaque cum maiores nostri ut infra late ostendemus. f. quod digamma aolicum erat: in dictionibus nostris primum pro eo quod nunc. u. consonantem ponimus. postea pro. ph. aspirato in latinis dumtaxat dictionibus assumpserint obseruatum a quibusdam uetustissimis referente Plinio fuit: ut pro littera. f. ob cognationem quam cum. ph. habere uidebatur. ipsum. b. ob litterae uicinitatem transcriberent: & bruges cum. b. teste Quintiliano in primo institutionum pro eo quod est fruges scriberent & pronunciarēt Quin & Byrrhus pro Pyrrhus hoc est ruffus dicerent: Belena pro Helena: quin & ex graeco quod ε βείσκα non nostri fascino traduxerunt: Ut testis est Cloatius Verus in libris quos inscripsit uerborum e graecis tractorum: quemadmodum rettulit Gellius libro. xvi. noctium atticarum: & fascino esse quasi fascino. Sane cum aoles spiritus asperitate effugientes ubique loco aspirationis ipsum digamma aolicum. f. ponerent: contigit